

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

III. Affectus ad Immutabilitatem Dei. Feria III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

em tuam & miserere mei : miser sum,  
sed habeo intra me immensum Bonum,  
quod me beare potest, & mætore abstere:  
& omnibus bonis cœlestibus satiare:  
ah ! reple me ! in tenebris versor ; sed ha-  
beo intra me infinitam lucem, quæ me co-  
pissimè valet illustrare. Ah ! tenebras  
meas discute ! frigore & languore torpeo,  
sed intra me vivit ignis infinitus & ardor  
immensus, qui me beatissimè valet accen-  
dere : ô flagrem penitus ! tristitia obruor,  
sed in me latet gaudium verum , & pela-  
gus lætitiae immensum, in quod aliquan-  
dotus intrabo : ô quam id desidero !  
Denique paupertate premor; sed regnum  
Dei est intra me ; id est omnis boni, omnis  
elegans, omnis delectabilis , & desidera-  
bilis plenitudo , parata se in me transfun-  
dere, & sui participem reddere, ô fiat !  
fut !

### III. Affectus ad Immutabilitatem Dei.

#### FERIA III.

O Deus immutabilis ! apud te non  
est transmutatio , nec vicissitudi-  
nis obumbratio ; quia semper idem ipse es  
& permanes , & anni tui non deficiunt.

Q 3

Apud

**A** pud te rerum omnium instabilium stant  
causæ; & rerum omnium mutabilium im-  
mutabiles manent origines. Tu immu-  
bilis es, mutans omnia; nunquam novus,  
nunquam vetus, innovans omnia: sem-  
per agens, semper quietus, movens & re-  
gens universa. *S. August.* At ego è contra,  
quàm instabilis & variabilis sum; omni  
vento & aurâ inconstantior? quare accu-  
ro ad te, arctissimè circumplexor te, ut  
à te sustenter & fulciat. O æternæ immu-  
tabilitas! ah! firma me in te, move me ad  
te, innova me, & rege me per te, ut in  
omni bono stabilis & immutabilis con-  
sistam.

**I I.** O Domine jam habeo te mihi inti-  
mè præsentem, qui es firmamentum me-  
um & refugium meum: jam possideo te,  
qui es totum & omne bonum meum: ga-  
deo te tibi ipsi infinitè sufficientem esse,  
atque ex omnibus creatis Angelis & Ho-  
minibus internè nihil tibi advenire; om-  
nibus demptis, nihil decedere; imò mi-  
nus, quàm si totius mundi Monarchæ ru-  
sticana periret casula. Da mihi, obsecro,  
ut nulli innitar creato, neque eo obtremo,  
exul.

exultem, neque amissio contrister; verbo,  
nulli adhæream & insistam nisi tibi: qui  
enim adhæret labili, cadet cum labili, qui  
adhæret tibi firmabitur in ævum.

III. Quare ô primæva & increata Dei  
Immutabilitas! omnis stabilitatis & im-  
mutabilitatis origo & causa: da ut ad te  
ascendam; tibi inhiem, tibi affigat; ut  
semper solidus & firmus consistam. Da  
ut transcendam maris hujus fluctus, &  
mundi turbines transvolem; nihil me mo-  
veant illecebrosæ voluptates, opes, digni-  
tates, honores, quæ in momento trans-  
eunt. Non me terreat, pauperies, mor-  
bi, ærumnæ, persecutiones, quæ in morte  
injuntur. Da ut in cœlo semper habitem,  
in te vivam, in te commorer; ut ibi fixus,  
imperturbatusque conquiescam. Ibi su-  
pra omnium mutabilium sphæras, supra  
toni, solisque vias elevatus, ex alto despi-  
cum hoc terræ punctum, & vana homi-  
num studia, vanos labores, amores, hono-  
res quasi puerorum crepundia, videam &  
ideam. O fiat! fiat! *Lessius.*

Q 4

IV. Affe-